

INDEX.

A.

De Antinomijis.	nō.
Anticretionijis.	.1.
Accrescendi iure.	41.
Arbitro Compromissario.	12.
Adiutum conceptione p̄ re.	24.
Adiutō fam. eriscūnd.	26.
Appellatione.	27.
	30.

B.

De Bona fide.	.10.
---------------	------

C.

De Coniugali impotentia.	4.
Casū fornicato o lib. mūtūat.	16.
creditoris possessio ² pignor.	19.
collegijs opificiū.	22.
conceptione aotum p̄ rem	26.
Compromissario Arbitro.	24.
crimine lese Majestatis.	36.
canonica purgatione.	42.
	43.

D.

De Dominio.	nō.
	7.
Defensore judiciali.	26.
Delictis imminatis.	40.
Dolo malo.	35.

E.

De Emancipatione.	3.
Emphyteusi.	18.
Eriscūnda famit. aod.	27.
Exercitō Pecunia.	34.

F.

De Falsis.	38. 39.
Fide bona.	10.
Felonia.	46.
Familid Erisc. aod.	27.
Feudi oppignoratione.	20.
Fortūitū casū o liber. mūt. 16.	

ANALYSEOS

L. Res pignoris. 37. D. de acquirend.

vel amittend. possess.

qua agit

DE

POSSESSIONE

CREDITORIS

IN PIGNORE,

DISPUTATIO SEXTA,

AUSPICE DEO OPT. MAX.

IN CELEBERRIMA ARGENTO-

RATENSIVM UNIVERSITATE, SOLENNIS

Exercitii gratia proposita

à

FRIDERICO DECKHERRO,

J.U.D. Pandect. Profess. Ordin. & h. t.

Facult. Jurid. Decano.

RESPONDENTE

CHRISTIANO Breuning/ Sax.

Die 9 Mensis Julii hora & loco

consuetis.

ARGENTORATI,

Literis SPOORIANIS.

ANNO MDC LXIII.



V I R I S

MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS,
AMPLISSIMIS, CONSULTISSIMIS

DN. JOHANNI CHRISTOPHORO Herolden/
J. U. D. Reverendissimi, Illustrissimi Archi-Episcopi Magdebur-
gensis, Consiliario Aulico, Judicii Criminalis Assesso-
ri gravissimo,

DN. FRIDERICO ERNESTO Knorren/
J. U. D. Dicafterii Magdeburgensis, quod Halæ est, Asses-
sori laudatissimo,

DN. GOTTFRIED Schöffern/ J. U. D. & in
Patriâ Practico famigeratissimo,
Salinatoribus primariis.

UT ET

VIRO PLURIMUM REVERENDO,
AMPLISSIMO, EXCELLENTISSIMO

DN. M. JOHANNI GOTTFRIED OLEARIO,
Summi Templi ad D. Virg. Diacono pientissimo.

*Dnn. Mecenatibus, Evergetis, Patro-
nis, Fautoribus & Promotoribus meis
maximis.*

Hanc Disputationem solennem
ea qua par est

*Observantia, Reverentia, meique commendatione,
offero, dedico, consecro humiliter.*

CHRISTIANUS Breuning/ Resp.



Quod DEUS benè vertat!

DISPUTATIO VI.

TH. 246.

S Equitur, *secundo loco*, ut videamus de *bona fide*, quam, diximus, *suprà thes.* 204. & *seq.* ad justæ possessionis acquisitionem requiri: Non libet autem, in Homonymiam vocis *FIDEI*, qualiter vel à Theologis; vel ab Oratoribus accipiatur, longiùs excurrere: *His enim communiter, est dictorum & conventorum veritas & constantia, quia fiat, quod dictum est.* Cic. *lib. I. offic.* Tacit. *lib. 19.* Buchner. *in Thesaur. Erud. Scholast. verb. Fides.* ubi plurimas hujus vocis acceptiones, ex Authoribus, recenset; *Illis verò, est earum rerum, quæ sperantur, substantia, argumentum eorum, quæ non videntur.* Author *Epist. ad Hebræ. cap. II.* plura qui desiderat, videat Sebast. Brand. *in parat. Cod. de summ. Trinit. & fid. Catholic. n. 6.* Pac. *in Analys. Cod. dict. tit.* ubi plures hujus vocis significationes notat. Schard. *in Lexic. Jurid. in verb. fides.*

247. In sensu Juris, bona fides, aliter accipitur, si prædicatur de Actionibus; aliter, si de Jure ad rem; aliter, si de Jure in re. Ampliff. Dn. Collega, D. Rebhan. *in Hodoget. Jur. chart. 2. Clim. 4. thes. 59. pag. (m.) 630. in*

Y

2470.

Ende. versio. superest, tertio. Et, quoniam hîc, in materia possessionis, (& ita, in tractatione Juris in re, *l. in hac actione. 3. §. Pomponius. 12. D. Ad Exhib.*) versamur; Ideò, eo solùm respectu, de bona fide, acturi sumus. Solet autem bona fides describi: quod sit *Ignorantia rei alienæ, sive Justa opinio, quando quis existimat, rem ita, ut ab alienante proponitur, se habere.* Ampliff. Dn. D. Rebhan. *in Hodoget. dict. loc.* Alii, & inter illos, Colleg. Jurid. Argent. *de usurpat. 0. 14. n. 1. ibiq. allegati,* dicunt: Bonam fidem, esse illam rei alienæ conscientiam. *L. si fur. 32. §. si quis. 1. D. de usurpat. & usucap. L. Legis Favia. 3. pr. D. Ad L. Fab. de Plagiar. L. Qui à quolibet. 27. D. de contrab. Emt. l. bonæ fidei. 109. D. de verb. signif.* Et, in hoc significato, opponitur *malæ fidei,* quæ definitur: *Scientia Juris & rei alienæ læsa. §. Furtiva. 2. Instit. de usucap. l. sed etsi. 7. §. ult. D. de public. in rem act. l. si quis fundum. 43. pr. D. de acquir. possess.*

248. Dixi studio: Bonam fidem consistere, in Conscientia rei alienæ illasâ; malam verò fidem, in Conscientia læsâ. Neque enim sola conscientia rei alienæ, bonam fidem necessariò tollit; aut malam inducit: Fit enim aliquando, ut etiamsi quis sciat, rem esse alienam; nihilominus tamen bonâ fide possideat: Nam, is bonâ fide possidet, qui ab eo rem consecutus est, quem novit Dominum non esse; existimat tamen alienandi potestatem habere. *d. l. 109. D. de verb. significat. l. 27. D. de contrab. Emt. l. 43. de acquir. possess.* Hinc rectè infert Obrecht. *de possess. thes. 514.* Malam fidem, non

non esse simplicem scientiam rei alienæ, sed scientiam
 injustæ possessionis. *L. Et generaliter. 28. D. de noxal.
 action.* Nam, si rem, ab uxore donatam marito, quis
 ab eo, sciens, emat, usucapere potest: Quamvis enim
 donatio invalida sit; rem tamen à marito, non-Domi-
 no, ex voluntate uxoris-Dominæ, Emptorem accepis-
 se, sufficit, ad hoc, ut justa possessio, & ex ea, usucapio
 procedat, *l. si id, quod. 5. D. pro derelict.* Similiter, qui,
 Authore Prætore, rem comparavit, bonæ fidei posses-
 sor est, etiam si rem alienam esse, sciat. *l. etsi quis. 14. §. si
 colonus. 1. vers. sed, si adita. D. de religios. & sumt. fun.*
 Quia is, qui Authore Prætore, possidet, justè possidere
 dicitur. *in l. Qui Auctore. 137. D. de Reg. Jur. l. Justè. 11. D.
 de acquir. vel amitt. possess.*

249. Plura hujus rei Exempla, congeffit Colleg.
 Jur. Argent. *de acquir. possess. thes. 18. num. 2.* Nam, Cre-
 ditoris possessio, in re oppignoratâ, bonæ fidei est. *l. si
 pignore. 22. §. Idem Papinianus. 1. D. de pignor. act.* Justè
 enim possidet. *l. si servus. 22. §. is, qui pignori. 1. D. de no-
 xal. action. l. quacungq. 13. §. Interdum. 1. D. de publician. in
 rem action.* Etiam si sciat, non modò se alienum pos-
 sidere, *l. pignori. 13. D. de usurpat. & usucap.* Sed etiam
 nec animo, & opinione Domini, possideat. *d. l. 13. §. 1.
 de public. in rem action. d. l. 22. §. 1. de noxal. action.* Eo-
 dem modo, & præcaria possessio, justa quidem est; sed
 cum opinione Domini non conjuncta. *d. l. 13. §. 1. d. l.
 22. §. 1. l. communi. 7. §. Inter prædones. 4. D. commun. di-
 vid.* Sic justè possidet is, qui servū, etiam à non-Domi-
 no, noxæ datum, sciens, possidet: *l. & generaliter. 28. D.
 de noxal. action.* Et is, qui à Prætore, damni infecti
 causâ, in possessionem mittitur, rem alienam esse, no-



vit; & tamen ejus possessio justa est. *l. Prætoris. §. princ. l. si finita. 15. §. Julianus. 16. §. si ante. 17. §. sed in vectigali. 27. D. de damn. infect.* Similiter, si quis emit pignus, à Creditore distrahente, etiam prohibente debitore Domino, nihilominus bonæ fidei possessor erit. *l. ult. Cod. Debit. vendit. pign. imped. non poss.*

250. Illud tamen observandum: Ad bonæ fidei possessionem, quatenus Civilem effectum producere debet, requiri: (1.) ut possidens putet se Dominum factum: *princ. Institut. de usucap. tot. tit. pro solut. pro Emt. pro Donat. pro Legat. &c.* (2.) ut credat, transfertentem habuisse alienandi facultatem: *d. l. 109. de verb. significat.* (3.) ut putet, sibi usucapere licere: Hinc, si rem furtivam, quæ non est, esse existimat. *l. si fur. 32. §. si quis id. 1. D. de usurpat. & usucap. aut religiosam, l. qui universas. 30. §. possessionem. 1. D. de acquir. possess. ea usucapi nequit.* (4.) ut acquirens animum possidendi habeat: *l. Ejus, qui in provincia. 41. vers. quoniam tunc. D. de reb. credit.* ut (5.) omnis dolus malus absit: Nam, ex dolo, fraude, & fallaciâ, mala fides proficiscitur, quæ bonæ fidei opponitur. *l. si uxor. 19. D. de donat. int. vir. & uxor.* Et propterea, si quis dolo fecit, ut alter ei rem suam venderet, injustus est possessor, nec eam usucapit, quia bonâ fide caret. *l. si fraude. 6. Cod. de præscript. long. temp.* Inprimis verò, ut (6.) res vitio careat: *§. sed aliquando. 1. Institut. de usucap.* Et (7.) justus titulus accedat. *pr. ibi: rem emerit; vel donatione, aliave quâvis, justa causâ, acceperit. Instit. dict. tit. qua de re in disput. preced.*

251. Dicimus itaque: Bonâ fide possidere eum, qui emit rem, quam putat, esse venditoris: *l. qui à quolibet.*

libet. 27. D. de contrah. Empt. Quod contingit, si quis à non-Domino, imprudens & ignorans, emit. l. si servus. 24. §. servum tuum. 1. D. de act. Emt. l. atquin natura. 19. §. cum me absente. 3. D. negot. gest. l. in fundo alieno. 38. princ. D. de rei vindic. l. cum fundus. 31. §. servum tuum, imprudens. 1. D. de reb. Credit. etiamsi quis sciat, usumfructum alienum esse; l. si quis. 43. §. sed & Pomponius. 1. D. de acquir. vel amitt. possess. aut rem pignori obligatam. d. l. 43. §. ult. dict. tit. aut partem esse alterius. d. l. 43. pr. d. tit. modò partem certam novisset. l. Empt. 4. pr. & §. ult. D. pro Empt. l. si fur. 32. §. ult. D. de acquir. vel amitt. possess. Item, si quis putasset, socium habuisse alienandi mandatum; l. ult. D. pro Empt. Aut, si quis ignorans, emisset à sciente; l. in causa cognitione. 13. §. ult. cum l. seq. D. de minorib. Aut falso tutore Authore; l. quacunque. 13. §. ult. D. de public. in rem. act. Aut à fure, ignorans rem furtivam. §. 2. & 3. Instit. de usucap. l. furtivam. 74. l. si ad dominium. 86. D. de furt. cum simil. Quamvis aliqui horum, deficientibus quippe reliquis requisitis, non usucapiant. d. l. 13. §. ult. D. de publ. in rem act. d. l. 74. & l. 86. D. de furt. cum similib.

252. Ex his sequitur, bonâ fide non possidere eum, qui scit, se alienum injuriâ possidere: l. qui bona. 23. §. tamdiu. 1. l. quesitū. 40. l. bonæ fidei. 48. §. in contrarium. 1. D. de acquir. rer. Domin. Qui sciens, rem alienam emit. l. pro Emptore. 2. §. separata. 1. cum seqq. l. si quis cum sciret. 8. D. pro Empt. vel ab eo, quem scit, alienandi non habere facultatem: l. pro Emptore. 2. §. separata. 1. D. pro Emt. Qui accipit rem litigiosam; l. si post motam. 2. Cod. de petit. hered. aut cum quo lis, de re, contestata est. l. litigator. 2. Cod. de fruct. & lit. expens. l. sed etsi. 25. §. si ante.



D. de Hered. petit. Qui per vim, alium, ad tradendum cogit: *l. 1. Cod. de rescind. vendit.* Qui emit à pupillo, sine Tutoris autoritate; vel eo auctore, quem scit, tutorem non esse; *l. qui à quolibet. 27. de contrah. Emt.* Vel ab eo, cui bonis interdictum; vel cui deminuendi potestas non est. *l. si sciens. 26. dict. tit. l. qui fundum. 7. §. qui sciens. 5. D. pro Emt. l. Divus Pius. 5. princ. de hered. petit.* Is, qui à debitore Domino emit, sciens, creditores fraudari, ob fraudis participationem, in mala fide est; *l. si debitor. 7. cum mult. seqq. D. qua in fraud. Credit.* Etiam si Dominus fiat interim. *l. si quis servum. 36. D. de nox. act. l. si sciens. 26. de contrah. Emt.* Qui à possessore Hereditatis emit, sciens, motam ei esse controversiam: *l. 2. Cod. de hered. petit.* Qui id, quod possidet, non putat, sibi, per leges, usucapere licere; etiam si erret, cum ex justa causa possideat: *l. si fur. 32. §. si quis. 1. D. de usurp.* Heres, qui mortem defuncti non vindicavit. *l. Hered. 17. D. de his, quibus ut indign. l. 1. Cod. eod.* aut tacitum fideicommissum, in fraudem legis, suscepit. *l. Ei, qui tacitum. D. dict. tit.* Si Tutor rem pupilli, per interpositam personam, emit: *l. pupillus. 5. §. sed si per. 3. D. de autorit. & consens. tutor.* si quis à non-Domino, contra denunciationem Domini, *l. si fundum. 17. Cod. de Rei Vindic.* Vel à Creditoribus, (si Dominus, in fraudem Creditorum, vendere intendat:) factam, acquisivisset. *l. ait prator. 10. §. si quis particeps. 3. D. qua in fraud. credit.* Qui debitas, in distractione requisitas, solennitates non adhibuit. *l. 1. Cod. de fid. & Jur. hast. fiscal.* Qui, in Magistratu constitutus, contra L. Jul. repetundarum, aliquid accepit. *l. Bona fidei. 48. in fin. pr. D. de acquir. rer. domin. l. quod contra. 8. D. Ad L. Jul. repetund. fac.*

ffac. l. si sponsus. §. ult. cum l. seq. D. de donat. int. vir. & uxor. Et, in genere, ubicunq; acquirens, in acquirendo, dolum, vel fraudem commisisset. *l. si fraude. 6. Cod. de prescript. 10. vel 20. annor.* aut, in possessionis acquisitione, falsum perpetrasset. *l. Ex initio. 18. Codic. Ad L. Cornel. de fals.* aut saltem scivisset, tradentem, per vim possidere. *l. si duo possideant. 3. §. Non videor. 10. D. uti possid.* Nec excusabitur quis, etiam si vacuum, s. sine possessore constitutum, fundum, occupasset. *§. Quod autem. 7. Instit. de usucap.* Aut, etiam si rem, sibi debitam, sine debitoris traditione, propriâ autoritate possedisset. *l. si ex stipulatione. 5. D. de acquir. possess.*

253. Inter malæ fidei possessores, meritò etiam referuntur hi, qui vi, clàm, aut precariò possident. *§. retinenda. 4. §. recuperanda. 6. Instit. de interdict. l. 1. princ. §. perpetuo. 5. §. ult. l. si duo. 3. princ. D. uti possid. l. 1. Cod. eod. l. 1. princ. §. proponitur. 2. D. de superfic. l. 1. pr. §. idem ait. 20. §. deinde ait. 29. D. de aq. quotid. & estiv. l. 1. princ. §. hoc interdicto. 2. §. Vivianus. 6. §. si quis. 9. §. si tibi. 11. §. ult. l. inde. 3. pr. §. si quis. 2. §. ait Prætor. 11. l. ult. de itin. act. privat. l. 1. pr. de riv. l. 1. pr. §. deinde. 6. D. de font. l. 1. §. quia autem. 7. D. de cloac. l. sed et si vi armatâ. 14. D. de vi & vi armat. l. unic. §. ult. D. utrub. l. cum heres. 11. (in qua, monente Cujac. pro verbis illum, illo: legendum: vel vi, vel clàm.) D. de divers. & temporal. prescript. l. communi. 7. §. inter pradones. 4. cum §. seq. D. commun. divid. l. si quis diuturno. 10. D. si servit. vindic. L. Pomponius. 13. §. cum quis utitur. 1. D. de acquir. vel amitt. possess. l. 1. §. ult. D. de aq. & aq. pluv. arc. action. Coll. Jurid. Arg. de acquir. possess. 0. 20.*



254. Ut autem sciamus, quis vi possideat, obser-
vandum; non rationem obtinendæ possessionis; sed
originem nanciscendæ, inquirendam esse: *arg. l. clam
possidere. 6. pr. D. de acquir. vel amitt. possess.* Unde vi
non possidet, qui fundum accepit ab eo, quem scit,
per vim, possessionem acquisivisse: *l. si duo possideant. 3.
§. Non videor. 10. D. uti possid.* Nec ille, qui vi retinuit
possessionem, quam, sine vi, acquisivit. *l. 1. §. vi posside-
re. 28. vers. sed qui per vim. D. de vi & vi armat.* Sed il-
le, per vim possidet, qui, expulso veteri possessore, rei,
non modò immobilis; sed etiam mobilis, *l. 1. §. si fun-
dus. 32. D. de vi & vi armat. §. retinenda. 4. Instit. de In-
terdict. l. 1. §. ult. utrub. l. si quis liberum. 20. D. de probat.
possessionem, vi acquisitam, tenet. dict. l. 1. §. 28. & seq.
de vi & vi armat. d. l. 6. §. ult. D. de acquir. possess.*

255. Similiter, in possessione, quæ clam fit, iti-
dem non rationem obtinendæ possessionis; sed origi-
nem nanciscendæ, inquirendam esse, ex *d. l. 6. pr. D. de
acquir. vel amitt. possess.* constat. Clam enim possidet,
qui furtivè ingressus est possessionem prædii, ignoran-
te eo, quem, sibi controversiam moturum, suspicaba-
tur, & ne faceret, timebat: *dict. l. 6. pr. d. t. l. si duo possi-
deant. 3. §. Non videor. 10. D. uti possid.* Unde etiam inju-
sta possessio dicitur. *l. communi. 7. §. inter prædones. 4.
D. commun. divid.* Hinc facile colligimus, eum, qui
ab initio, sciente, aut volente eo, ad quem ea res perti-
net; vel aliàs bona fide, possessionem nactus est, clam
non possidere; etiamsi postea se celaverit: *d. l. 7. de ac-
quir. possess. l. si de eo fundo. 40. §. servum tuum. 2. D. dict.
tit.* Et econtrà, qui ab initio, clam cœpit possidere,
non desinit vitiosam habere possessionem; etiamsi
postea

postea Dominum certiore fecerit. *diēt. l. 40. § 2. diēt. tit.* An verò is, qui rem suam, clam, à possessore abducit, eam clam possideat, Non immeritò dubitatur: Et quamvis violentus ablator rei propriæ, vi, & ita vitiosè, possideat; *l. sequitur. 4. §. si Dominus. 26. D. de usurpat. & usucap.* In clancularia tamen possessione, secus se res habet: Nam qui rem suam, clam, à possessore abducit, is, clam, non possidet: *l. si de eo. 40. §. ult. D. de acquir. possess.* Quia pro suo possidet: possessio autem pro suo, cum clandestina possessione, non concurrit. *per l. si ancillam. 4. pr. D. pro suo.* Unde etiam ejusmodi res usucapi potest; *l. sequitur. 4. §. si rem pignori. 21. D. de usurpat. l. si rem, quam. 5. D. pro Empt.* Quamvis Dominus, clam subtrahens, vel furti, vel conditione, teneatur: *l. Creditoris. 15. pr. l. Vulgaris. 21. §. si is, qui. 1. l. qui injuria. 53. §. ult. l. si is, qui. 59. D. de furt.*

256. De precario possessore, cur ille, inter vitiosos possessores, referatur? meritò dubitandum videtur; præsertim si hoc notaverimus: precarium possessorem, hoc loco, non modò eum esse, qui rem tenet, ex precario speciali, id est, qui precibus impetravit, ut sibi possidere liceret, quamdiu is, qui concessit, patitur; *l. 1. pr. l. ait Prætor. 2. §. ult. D. de precar.* Verùm etiam generaliter, omnem illum, qui, ex contractu, rem alienam tenet, aut possidet, quam, vel ad nutum Domini; vel, tempore, causaque finitâ, restituere tenetur, ut in commodato, *l. si ut certo. 5. §. sed interdum. 7. §. si me rogaveris. 13. l. si servus. 22. D. commodat. locato. l. conductores. 34. Cod. de Locat. l. servi emptor. 16. D. de peric. & commod.* Pignore: *arg. l. 1. §. per servum.*

vum. 15. D. de acquir. possess. l. servi nomine. 16. l. Non solum. 33. §. Qui pignori. 4. D. de usurpat. & usucap. Cum hi omnes alibi justè possidere dicantur. l. si servus. 22. §. is, qui pignori. 1. D. de noxal. act. l. Quacunque. 13. §. interdum. 1. D. de public. in rem act. l. communi. 7. §. inter pradones. 4. D. Commun. Divid. fac. l. Pomponius. 13. §. si is, qui. 7. junct. §. ult. D. de acquir. vel amitt. possess. Ad quam dubitandi rationem, respondemus: precariam ejusmodi possessionem, ab initio quidem, & quamdiu subsistit contractus, justam esse; Verùm, cum, in his contractibus, hoc compræhendatur, ut, vel finito tempore, causâ, usu, aut ubicunque petenti placuerit, res, sine ulla morâ, restituatur: l. 1. pr. §. ult. l. ait prator. 2. §. & naturalem. 2. D. de precar. Hinc fit, ut, si restitutio differatur, injusta fiat possessio, eoque respectu, violentæ, ac clanculariæ possessioni, passim adjungatur. §. retinenda. 4. §. recuperanda. 6. Instit. de Interdict. l. sed etsi vi armata. 14. D. de vi & vi armat. cum similib.

257. Est autem hujusmodi malæ fidei possessio tam exosa Juribus, ut non modò usucapionem, in ipso malæ fidei possessore, impediatur; Verùm etiam ipsam rem, hoc modo possessam, hoc vitio afficiat, ut postmodum, nisi vitio rei purgato, nec à bonæ fidei possessore usucapi, & ita, civilis possessionis effectum consequi possit: Nam res, vi possessæ, immobiles, ex L. Julia & Plautiâ, usucapi etiam à bonæ fidei possessore, prohibentur. §. furtiva. 2. Instit. de usucap. l. sequitur. 4. §. Caterùm. 23. l. Non solum. 33. §. si Dominus. 26. D. de usurp. & usucap. Quatenus scil. non modò quis vi dejectus; verùm etiam fundus, vi possessus fuerit;

add.

dd. ll. Nec refert, verus rei Dominus; an malæ fidei possessor, dejectus fuerit. *dict. l. 4. §. ceterum. 23. D. de usurpat. & usucap.* Ita etiam res, furto subtractæ, (quæ speciem habent, clanculariæ possessionis, *pr. Institut. in fin. vi bon. rapt.*) ex lege Attiniâ, similiter, à bonæ fidei possessore, usucapi prohibentur, rerum enim furtivarum, & vi possessarum, perpetua est authoritas. *d. §. furtivæ. 2. Institut. de usucap. l. sequitur. 4. §. Quod autem. 6. D. dict. tit.* Item, servus fugitivus, quia sui ipsius furtum facit, usucapi nequit. *l. 1. Cod. de serv. fugitiv. l. ancilla. 60. de furt. l. rem, quæ. 15. D. de acquir. vel amitt. possess.*

258. Quemadmodum autem malæ fidei possessio, ex certis atque legitimis causis purgari, eique, bonæ fidei possessio, succedere potest. *l. si propter. 22. pr. rer. amot.* Exemplo furis, aut alterius malæ fidei possessoris, qui, quamvis, malâ fide, in possessionem venerit; *§. 1. Institut. de oblig. quæ ex delict. nasc. l. 1. §. ult. D. de furt. l. Naturaliter. 5. D. de usurpat. & usucap. l. possideri. 3. §. si rem. 18. l. rem. 15. l. si rem mobilem. 47. D. de acquir. vel amitt. possess.* Si tamen nova extrinsecus causa accedat, vitium possessionis eluitur, ut bonæ fidei possessor, & ad usucapiendum habilis, fiat. *l. si fur rem. 32. pr. l. Non solum. 33. §. Quod vulgo. 1. D. de usurp. & usucap. l. pro Emptore. 2. §. ult. D. pro Empt. l. ult. pr. D. de precar. l. Quamvis. 84. D. de furt. l. cum nemo. 5. Cod. de acquir. vel retin. possess.*

259. Ita etiam rem, vitio affectam, certis modis, purgari, videmus, ut ejusdem, apud bonæ fidei possessorem, procedat usucapio, si, nimirum, in potesta-



tem Domini fuerit reversa. §. aliquando. 5. Institut. de
usucap. Ubi duo requiruntur: (1.) Verum rei Domi-
 num, ita rem accepisse, ut retinere eam possit; *l. sequi-*
tur. 4. §. *tunc in potestate.* 12. *D. de usurpat. & usucap.*
 Secus enim est, si, per Interdictum, ad restitutionem
 teneatur. *d. l. 4. §. si Dominus.* 26. (2.) Ut sciat Domi-
 nus, & rem suam esse, & surreptam sibi fuisse, iterum-
 que receptam. *dict. l. 4. §. 12. l. Qui fundum.* 7. §. *furti-*
va. 7. *D. pro Emptor.* Unde, si Creditori res oppigno-
 rata surripiatur; aut commodatario res commodata,
 in Domini potestatem, non eius, cui subrepta est, re-
 dire, necesse est. *d. l. 4. §. Quod autem.* 6. rem peculia-
 rem, in servi potestatem rediisse, sufficit, *dict. l. 4. §. La-*
beo. 7. *dict. tit.* Si servus eam surripuit, & (rem) in prio-
 rem locum reponat, in Domini potestatem rediisse,
 videtur, si Dominus nesciverit. *d. l. 4. §. Ideoque.* 8. *dict.*
tit. Nec sufficit, si rem, Domino subreptam, peculii
 loco habeat. *d. l. 4. §. Item, si eam.* 9. *dict. tit.* Res de-
 posita, à depositario vendita, si rursus redimatur, &
 priori loco, à depositario habeatur, eo ipso, in potesta-
 tem Domini redit. *d. l. 4. §. Idem Labeo.* 10. *d. t.* si pupilli,
 vel minoris, vel furiosi, res subrepta sit, sufficit, in po-
 testatem Tutoris, vel Curatoris rediisse, *l. Interdum.*
 56. §. *Qui tutelam.* 4. *D. de furt.* aut etiam in ipsius
 pupilli, vel minoris, sciente Tutore, vel Curatore;
d. l. 4. §. si pupilli. 11. *dict. tit.* Nisi ipse tutor subripuis-
 set. *l. Qui fundum.* 7. §. *si Tutor.* 3. *D. pro Empt.* Rediit
 etiam res, in potestatem Domini, æstimationem præ-
 stando: *d. l. 4. §. Sed etsi.* 13. *d. t.* alii, ex voluntate Do-
 mini, tradendo. *d. l. 4. §. Idem.* 14. *dict. tit.*

260. Quando dicimus (1.) in potestatem reverti rem, *potestatem* intelligimus habendi, atque retinendi, Nec enim potestas, hoc loco, significat Dominium, quippe quod nunquam recessit: Nec obstat *l. potestatis. 215. in fin. D. de Verb. signific.* Quia illic verba: *Si ejus vindicanda potestatem habuerit.* Non ad jus vindicandi, quod semper habet Dominus; §. *ult. Institut. de obligat. quæ ex delict. nasc.* *l. 1. pr. D. de privat. delict. l. Etiam furti. 8. l. ancilla. 12. l. furti. 15. l. Quamvis. 17. Cod. de furr.* Sed ad factum, referri debent, hoc sensu: In Lege Attinia, in potestatem Domini, rem furtivam venisse, videri, si habeat rei vindicandæ; (*non iudicio; sed manu asserenda,*) potestatem.

(2.) Cum dicimus: *Requiri, ut revertatur res, in Domini; non ejus, cui subrepta est, potestatem.* *l. sequitur. 4. §. Quod autem. 6. D. de usucap.* Videtur obstare, *l. ult. dict. tit.* ubi dicitur: Rei, à Debitore subreptæ, vitium purgatur, non aliter; quam si in Creditoris, Qui Dominus pignoris non est, potestatem venit. Sed responderi potest: Quia, in casu *dict. l. ult.* Debitor, idemque Dominus, pignus surripuit, non verè venit in potestatem ejus, quia ei avelli potest, actione hypothecaria. *dict. l. sequitur. 4. §. Tunc in potestatem. 12. dict. tit.* Cum autem in potestatem Creditoris redit, tum, quia Domino possessio, per eum, confirmatur, verè in potestatem ejus venisse, creditur. Nec huic responsioni adversatur *d. l. 4. §. si rem pignori. 21. dict. tit.* Nam ibi debitor, non tantum rem surripuit & distraxit, sed & possessio ita ad eum per-

venit, ut jam ei, quippe ad alium translata, auferri amplius non possit. Ad *l. cum sit probatum. 6. Cod. de usucap. pro Emptor.* præsupponendum esse putat Donell. *lib. 5. cap. 28.* rem venditam quidem non à Debitore; ab alio verò; aut emente, subreptam: Id quod importare videntur verba: *palàm est.* Nam, in casu, quo Ipse Debitor subtraxerit, palàm esse, dici non potuit, quod pluribus veterum displicuisse, docet *d. l. sequitur. 4. §. 21. dict. tit. l. si rem. 5. D. pro Emptor.* Verùm, hanc responsionem divinatoriam esse, cuilibet intuenti facile apparet: Quia enim res, hoc modo distracta, in ipso vendendi actu, furti vitio afficitur, fieri non potest, ut, eodem momento, res vitio purgetur, adeoque simul furtiva esse incipiat; & desinat. *argum. l. & per Jusjurandum. 13. §. Qui ita stipulatur. 9. D. de acceptilat.* Ideoque alii, *ad dict. l. ult.* respondent: pignus subtractum, reverti debere in potestatem Creditoris, quantum ad hoc, ut usucapi possit, contra debitorem, & quoad Jus hypothecæ; non autem, ut possit usucapi, contra Dominum. Alii distinguunt, utrum Debitor Dominus fuerit; nec ne? priori casu, si res ab ipso Domino subripitur, tum non fit furtiva, *l. cum res pignori. 20. §. si bonâ fide. 1. D. de furt.* Et ideò usucapio non impeditur; *d. l. 4. §. 21. D. de usucap.* posteriori verò casu, debet reverti, non in Domini; sed Creditoris potestatem, sive distraxerit; *l. 6. Codic. pro Empt.* sive non distraxerit. *l. ult. de usucap.* Alii, aliâ distinctione, inter pignus & Hypothecam, rem expediunt: Aut enim surripuit Debitor pignus & distrahit, tum, usucapioni locum esse, volunt; *d. l. 4. §. 21. d. l. 5.*

d. l. 5. pro Empt. aut Hypothecam vendit, & tum ideo, usucapioni locus non est, quia ipsâ venditione, vitium contrahitur, eoque contracto, post venditionem, non redit in Domini potestatem; *dict. l. 6.* At, *in dict. l. ult.* Quæstionem esse, contendunt, non, an Emptor; sed an Debitor, (si res aliena obligata fuisset.) usucapiat? Cujac. *ad d. l. 4. §. 21.* distinguit: Aut, non tenente Creditore, pignus venditum, & tunc furtum ipsâ venditione factum, ideoque cessare usucapionem; *dict. l. 6.* Aut detinenti ablatum, & deinde venditum, & tum usucapitur. *d. l. 4. §. 21. d. l. 5. in dict. l. ult.* autem, non quæri: an à Debitore; sed generaliter, an usucapi possit? hoc sensu: Quasi *Lex illa ult.* non dicat: pignus aliter usucapi non posse; quàm si reversum sit, in potestatem Creditoris; sed reversum, posse usucapi, de quo minus erat dubii, prius autem, magis fuisse controversum.

261. De eo, qui precium numeravit: an bonæ; an verò malæ fide possideat? Quæritur: Et, prædonem, sive malæ fidei possessorem, esse, inde colligimus: Quia, ubi Voluntas transferentis; seu ejus, à quo possidendi causa descendit, deest, licet Justus titulus præcesserit; tamen bonæ fidei possessio deficit. *l. si ex stipulatione. 5. l. fundi venditor. 33. D. de acquir. possess.* Cui verò sententiæ, graviter obstare videtur, *l. Nec ullam. 13. §. si quis sciens. 8. D. de hered. petit. l. Nemo. 126. pr. D. de reg. Jur.* ubi dicitur: Nemo prædo est, qui precium numeravit. Sunt, qui inconciliabilem hanc Antinomiam, quasi Jcti veteres, inter se dissensissent, statuunt; Zas. tamen, *ad dict. l. 5. notat. d. l. 126.*
 acci-

accipiendam esse, de eo casu, quando Emptor, scientiam quidem habet rei alienæ; non tamen, propriâ autoritate possessionem apprehendit; sed à vendente accepit: Quem sensum, haut obscure suggerit, *dict. l. 13. §. 8. de hered. petit.* Aliter Duaren. *ad dict. l. 5. de acquir. possess.* Qui putat: Eum, qui precium numeravit, non esse prædonem, quoad petitionem Hereditatis, & Interdictum quorum bonorum: Quia habet justum titulum. Est tamen prædo, & malæ fidei possessor, in aliis causis, si, contra voluntatem vendentis, propriâ autoritate, possessionem occupasset, quando, nimirum, agitur, de restituenda possessione. *dict. l. 5. d. l. 33. pr. d. tit.*

262. An Conjuges rem donatam, bonâ; aut malâ fide, possideant? meritò dubitatur: Quæ res distinctionibus expedienda. *Aut enim Donatio ista, de jure non impeditur*, veluti, si donantem, non facit pauperiorem: Quod contingit, si res aliena donetur: *l. sed etsi. 25. D. de Donat. int. vir. & uxor.* Si uxor donet Marito, ad consequendam dignitatem; *l. Quod adipiscenda. 40. cum seqq. D. dict. tit.* Hâc enim ratione, uxor fit ditior: Quia, ex dignitate Mariti, ei splendor & honor accedit, *l. fœmina. 8. D. de Senat.* Quo fœminæ magis sæpè; quàm Viri, delectantur, utpote quæ cæteris præferri, naturâ expetunt: Si Maritus donet uxori, ut comtior & ornatior incedat, quia suâ potiùs; quàm uxoris causâ, dedisse intelligitur: *l. si ut certo. 5. §. interdum. D. commodat.* Si Maritus, heres institutus, repudiet hereditatem, donationis causâ: Quia pauperior non fit, qui non acquirit;

rit; Sed qui de patrimonio aliquid deponit. *l. si sponsus. 5. §. si Maritus. 13. D. de Donat. int. vir. & uxor.* Vel accipientem non facit ditioem: Quod contingit, Si fervus uxori donetur, eâ conditione, ut eum manumittat: *l. Quod autem. 7. §. ult. D. dict. tit.* Quia nihil amplius, quàm nudum manumittendi ministerium accipit. *l. Sulpitius. 49. D. dict. tit.* Si sepulturae causâ ei donetur, non enim fit locupletior in ea re, quam religioni dicavit: *l. si sponsus. 5. §. Concessa. dict. tit.* Si quis ad eleemosynam, aut emptionem rei familiaris donetur: *dict. l. Quod autem. 7. §. si Maritus. l. sed si vir. 31. §. penult. & ult. D. dict. tit.* Quia, quod Donatarius accipit, statim rursus expendere cogitur. Si Vir uxori, ad refectioem ædium exustarum, donet: *l. Quod si vir. 14. D. dict. tit.* Quia, hoc casu, prohibitionis causæ cessare videntur; maximè, dum æquitas suggerat, conjuges, adversâ fortunâ, compati: Si quid donetur, ut quid pro alio, expendatur: *d. l. si sponsus. 5. §. ult. d. t.* Quia, ejusmodi donatio, non tam inter conjuges; quàm inter extraneos, facta intelligitur: Si vir uxori lanam donaverit, & illa, ex ea, sibi vestimenta confecerit: *l. si Mulier. 29. §. 1. D. d. tit.* Quia, hæc, non jure donationis; sed ex officio maritali, impensa videntur. *argum. l. Id vestimentum. 25. D. de pecul.* Si Conjux conjugi, sub ipso divortii tempore, donet: *l. Interim. 11. §. ult. cum l. seq. & l. Vitrius. 60. §. 1. D. de donat. int. vir. & uxor.* Quia in hoc tempus excurret donationis eventus, quo vir & uxor esse desinunt. *l. Quia. 10. D. dict. tit.* His & similibus casibus, quemadmodum dominium transfertur: *ad. ll.*

Ita etiam bonâ fide conjux possidet, aut usucapiendi conditionem habet. *l. si Vir uxori. 3. D. pro donat.*

263. *Aut impeditur donatio*, quod regulare est, ut donatio inter conjuges, sit ipso Jure nulla. *l. 1. 2. l. Hæc ratio. 3. §. Sciendum autem. 10. l. si Sponsus. 5. §. ult. D. de donat. int. vir. & uxor. cap. donatio. Extr. dict. tit.* Tùm, ne conjuges mutuo amore invicem spoliarentur, donationibus non temperantes; sed profusâ, erga se, liberalitate utentes: *l. 1. D. de donat. int. vir. & uxor.* (Ne autem hæc videantur sibi contraria, nimius scilicet amor, ex quo profusa liberalitas procedit; & amoris spoliatio, Nos, cum Obrecht. *de Donat. thes. 184.* distinguimus inter causam; & effectum: Nam, amor nimius, profusam liberalitatem parit, hæc gignit inopiam, inopia amoris deliquium affert:) Tùm, ne matrimonia distraherentur: Nam, si non donaret is, qui posset, alter cum eo vivere nollet, & ita divertendo, vel repudiando, matrimonia facillimè dissolverentur; *l. Necesset. 2. D. de donat. int. vir. & uxor.* Tùm etiam, ne conjugalis amor & concordia, precio conciliari videatur: *l. Hæc ratio. 3. D. dict. tit.* Indignum enim est, matrimonia esse venalia, *dict. l. Nec esset. 2. in fin. dict. tit.* Et maritalem concordiam, non aliter ac adulteria, precio conciliari, cum illa, ex solo conjugali affectu proficisci debeat. *dict. l. 3. pr. D. dict. tit.* Vilissimum sanè benevolentia signum est, donatio, test. Plutarch. *in problemat.* Quia etiam dant illi, qui non amant; Idcirco, hoc dandi lenocinium, rectè ex matrimonio tollitur, ut non mercenarium sed gratuitum sit
ama-

amare, & redamare: Quibus etiam alia videtur accedere ratio, ex *l. 1. D. rer. amot. petenda*: Societas enim vitæ §. 1. *Institut. de patr. potestat. l. 1. D. de rit. Nuptiar.* Conjugem, quodammodo etiam rei alterius Dominam facere videtur, ut etiam unus, alterius bonis uti possit. *l. adversus. 4. Cod. de crimin. expil. hered. l. alimenta. 16. §. ult. D. de alim. legat.* Et forsan, eo respectu, Maritus, Dominus; *argum. l. Cum quis decedens. 37. §. Codicillis. 5. D. de legat. 3.* Et uxor, Domina dicitur. *l. pater. 38. §. Julius Agrippa. 4. Gothofred. ibid. in Not. ad verb. Domina. l. uxorem. 41. pr. de legat. 3. l. Titia. 19. §. 1. D. de ann. Legat. l. ult. §. 1. D. de Aur. argent. mund. legat. Colleg. Jurid. Argent. de Nupt. 9. 26. num. 3.*

264. Hoc casu, rursus distinguimus: Aut enim quæritur: Quomodo Conjux possideat: utrum quoad effectum acquirendi dominii; An verò, quoad acquirendos fructus? *Priori casu?* conjux malâ fide possidet: *l. Nec ullam. 13. §. omnibus. 1. vers. Item in titulo pro donato. D. de Hered. petit. l. Hac ratio. 3. §. ult. l. si Sponsus. 5. §. ult. l. si uxor filio. 19. pr. l. si Inter. 24. l. si eum. 26. pr. D. de donat. int. vir. & uxor. l. per servum. 57. D. de acquir. rer. Domin.* Et ideò dominium in accipientem non transfertur; sed remanet apud donantem: *dict. l. Hac ratio. 3. §. sciendum. 10. cum seqq. l. si Sponsus. 5. pr. §. Hac res. 9. l. Quod autem. 7. §. uxori. 8. l. si eum. 9. §. si pecuniâ. 1. l. sed interim. 11. pr. l. si id, quod. 28. pr. l. cum hic status. 32. §. si maritus. 5. l. Servus communis. 38. pr. §. ult. l. Que jam. 48. l. uxor marito. 55. D. de donat. inter vir. & uxor. l. à marito. 18. l. Credi-*



uxor. 20. Cod. de donat. int. vir. & uxor. In tantum, ut
 ne quidem usucapiendo, à Donatario-Conjuge, ac-
 quiri possit. *l. 1. §. si inter. 2. D. pro donat.* Itaque & pe-
 riculo donantis, res & minuitur; siue deterior fit,
l. Quod autem. 7. §. Idemque. 3. D. de donat. int. vir. &
uxor. & perit: l. Quid ergo. 16. l. si id quod. 28. §. si ex
decem. 3. D. de donat. int. vir. & uxor. Et, si res muta-
 ta sit surrogata, sapit naturam ejus, cui surrogatur:
l. si mulier. 29. pr. l. si, cum mulier. 30. §. ult. l. uxor mari-
to. 55. D. dict. tit. Idem quoque erit, si rei Donatæ, ali-
 quid accedat; *l. sed, si vir. 31. §. si Vir uxori. 2. D. dict. tit.*
 Aut, si per servum, ancillamve donatam, quid fuerit
 acquisitum. *l. de fructibus. 17. §. ult. l. si uxor filio. 19. pr.*
d. l. 28. §. Julianum. 5. D. d. t.

265. *Posteriori verò Casu*, Vir vel Uxor;
 in re donatâ, non modò verè possident: Hâc enim
 donatione, tradendo transfertur possessio vera, in do-
 natarium, *l. 1. §. ult. D. pro donat. l. 1. §. si vir uxori. 4.*
D. de acquir. vel amitt. possess. Ita, ut eidem etiam den-
 tur interdicta possessoria; *l. 1. §. denique. 10. D. de vi &*
vi armat. Sed etiam possessio est justa, *l. si donata. 36.*
pr. D. de donat. int. vir. & uxor. & honesta: *l. Quintus*
Mucius. D. dict. tit. l. Etiam si. 6. Cod. eod. tit. Et, eo re-
 spectu, inter bonæ fidei possessores, Conjux, in re do-
 nata, refertur, fructusque suos facit: *l. fructus. 45. D.*
de usur. Ita, ut illicita pecuniæ donatio, licitam con-
 tineat usurarum perceptarum donationem: *l. Ex an-*
nno. 15. §. si Maritus uxori. cum ll. seqq. D. de donat. int.
vir. & uxor. Illicita prædiorum donatio, licitam con-
 tineat donationem fructuum, operâ & factò donatarii
 acqui-

acquistorum. *l. de fructibus. 17. D. dict. tit.* Et, quod
 in area donata, ædificatum est, per doli exceptionem
 donatarius consequatur. *l. sed si vir. 31. §. si vir uxori. 2.
 dict. tit. l. cum vir aut uxor. 10. D. de dol. mal. & met.
 except.* Item, meliorationes ei restituendæ: *l. 1. §. ult.
 D. de pignor. & hypothec.* Possessor rem retinere potest,
 justo precio oblato, eique, de evictione, à donante
 cavendum. *l. si donata. 36. pr. de donat. inter vir. &
 uxor.*

266. Nec obstat *l. inter virum. 46. D. de donat.
 int. vir. & uxor.* Ubi dicitur: Inter virum; & uxo-
 rem, nec possessionis ulla donatio est: Ad quam re-
 spondet Gloss. distinguendo: Utrum Dominium;
 An verò possessionem solam, tantum Coniux dona-
 re voluerit? *Priori casu*, donationem, ad perceptio-
 nem fructuum, valere; *Posteriori*, non æquè. Simili-
 liter eadem distinguit, inter donationem revocabi-
 lem, & irrevocabilem: tum etiam, vocem possessio-
 nis, pro prædio, accipi posse, existimat. Videbimus,
 an non hic Textus loquatur, de re, à conjugè donan-
 te, bonâ fide possessâ, utrum donatio valida sit? Quo
 casu, ratio dubitandi peti posset, *ex l. 3. D. pro donat.*
 Ratio decidendi, ex communi revocationis Jure.
*l. cum hic. 32. §. ait Oratio. 2. & §. sed ubi. 4. D. de donat.
 int. vir. & uxor.* Minus obstat, si objiciatur; Unam
 eandemque rem, non posse diverso Jure censerî: Ne-
 que enim novum est, ut, certo respectu, quis bonâ fi-
 de; alio respectu, malâ fide, possidere videatur: Exem-
 plo Creditoris, qui cæterâ justè possidet; *l. si Servus.
 22. §. is qui pignori. 1. D. de noxal. act. l. Quæcunque. 13.*

§. *Interdum*. 1. *D. de public. in rem act.* Et tamen, usucapionis ratione, possessor non est; *l. 1. §. per servum. 15. D. de acquir. possess. l. servi nomine. 16. D. de usurp. & usucap. vel, pro precario, & vitioso possessore, habetur. l. Non solum. 33. §. qui pignori. 4. D. dict. tit.*

267. Videamus nunc: Utrum dubitans bonâ; An verò malâ fide possideat? In cujus Quæstionis decisione, non una & eadem Doctorum est opinio. Sunt qui putant: Bonâ fide eum possidere, (1.) propter comparisonem Ignorantiæ, (ex qua bona fides est,) & dubitationis: *in l. fin. Codic. de condict. indeb. l. fin. §. 2. ibi: Sin autem nescius & dubitans. Cod. de furt. l. de statu. 15. D. Qui Testam. fac. poss.* (2.) Quia, in Jure errans, bonâ fide possidet; ergò, multò magis dubitans: (3.) Quia in dubiis, semper præferenda sit benignior sententia. *l. 56. de Reg. Jur. Barbof. Locuplet. axiom. Jur. lib. 4. cap. 52. axiom. 2. Vasq. 2. Controvers. cap. 77. num. 6. Hoënon. quest. Jur. Controvers. disput. 6. thes. 7.* Cujus argumenta solidè refutavit Colleg. Jurid. Argentor. *de usucap. thes. 14. num. 4.* Ad primam enim rationem respondet distinguendo, inter amissionem rei propriæ; *de qua in dict. l. ult. Cod. de condict. indeb. l. ult. §. 2. Cod. de furt.* Et acquisitionem rei alienæ. De qua, in hac usucapionum materiâ. *Ad Secundum* argumentum, Negando consequentiam: Nam, qui in jure errat, prorsùs ignorat, & scire modò fingitur; At dubitans, aliquid scit; quamvis non firmiter, *Ad Tertium*: Regulam *l. 56. de Reg. Jur.* intelligendam esse de casibus, qui mediam recipiunt interpretationem; At, inter bonam; & malam

Iam fidem non datur medium. *DD. ad d. l. 56.* Id quod pluribus demonstrat *Goedd. ad l. bona fidei. 109. num. 3. D. de verb. significat.*

258. Rectius itaque & melius sentiunt illi, qui, in usucapionum materia, dubitantem, malâ fide possidere asserunt: Tùm, per textum express. *l. si fur. 32. §. si quis id. 1. ibi: Non putat, sibi per Leges licere. &c. Et ibi: Quia non bonâ fide videatur possidere. D. de usurpat. & usucap. l. ult. Cod. Und. vi.* Tùm, quod bona & mala fides, usque adeò contraria sint, ut medium inter utramque dari nequaquam possit: (Id quod etiam Vasq. aliàs huic sententiæ contrarius, concedit, *2. controvers. cap. 77. num. 6.*) Qua de re eleganter *Goedd. ad dict. l. 106. num. 3. D. de verb. signific.* Tùm, quod is, qui dubitat, an res sua sit, incipiat scientiam habere rei alienæ, & subest quædam simulatio, cum aliud agat, aliud credat, quod malæ fidei est. *l. 1. D. de dol. Colleg. Jurid. Argent. de usucap. dict. 9. 14. num. 3. & ibi allegati.* Pro qua sententia non parùm facere videtur: Quòd Jure proditum sit: per litiscontestationem, litigatorem victum, pro malæ fidei possessore, haberi; *l. sed etsi. 25. §. si ante. 7. D. de hered. per. l. Nemo. 10. Cod. de acquir. possess. l. Litigator victus. 2. Cod. de fruct. & lit. expens.* cum tamen à tempore litiscontestatæ, de Jure suo, tantùm vacillet ac dubitet. *d. l. Nemo. 10. Cod. de acquir. possess.*

269. Alii, dubitantem, neque bona; neque malâ fide, possidere, contendunt: Vasq. *controvers. jur. lib. 2. cap. 77. num. 2. Covarruv. in cap. possessor. de Reg. Jur. in 6. §. 7. num. 2. 3. 5.* Idque eâ ratione: Quia is, qui



qui dubitat, An res, à se possessa, sit sua; vel aliena; bonam fidem non habet, siquidem non credit rem esse suam; nec malam fidem, quia non scit, rem ipsam alienam esse: Cui consentit gloss. Alexand. Jas. in l. 3. §. Generaliter. 21. D. de acquir. vel amitt. possess. Verùm hæc sententia refutatur à Goedd. loc. citat. per dict. l. 32. §. 1. D. de usurpat. & usucap. Siquidem, qui credit, rem non esse suam; utique dubitando credit esse alienam: Quamvis enim non sciat, cuius sit; ex eo tamen intelligere debet, esse alienam, non suam. l. ult. Cod. de furt.

270. Sunt nonnulli, qui distinctione, rem expedire tentant, inter quos Vasq. lib. 2. controvers. cap. 77. num. 6. Distinguens, inter simplicem; & supinam dubitationem: quarum hæc, usucapionem impedit; illa non æquè. Fachinæus 1. controvers. 67. distinguit, inter dubium practicum, si quis dubitet: An rem acquisitam, sine peccato, retinere possit? & speculativum: Si quis dubitet, An Auctor Dominus fuerit? cuiusmodi dubitans, pro ignorante habetur, l. ult. Codic. de condict. indeb. l. ult. §. 2. Codic. de furt. Quam distinctionem, suam quoque facit Hillig. in Donell. Enucleat. lib. 5. cap. 17. lit. A. not. Barbos. Locuplet. lib. 4. cap. 52. axiom. 2. distinguit inter dubitationem, quæ plus habet fidei; quam suspicionis: Et eam, quæ minus habet fidei; plus suspicionis. Priori casu, usucapionem procedere, & dubitantem, bonæ fidei possessorem esse; Posteriori verò, malâ fidei quinquam possidere, existimat. Quam distinctionem, haut dubiè, amplectitur etiam Hillig. in Donell. Enu-

Enucleat. dict. loc. ubi ait: Vix bonæ fidei possessorem reperiri, cui non ejusmodi dubium, (Quale scil. predicatur, de ea dubitatione, quæ plus habet fidei; quàm suspicionis) suboriri possit: Fides enim illa, quæ quis, rem suam credit, non est scientia, (Hæc etenim, est rerum necessariarum, quæ se aliter habere non possunt) rei autem, quæ falsa esse; aut esse non potest, nulla certitudo, necessitas, scientia. Sciens, non errat, nec fallitur; Errat autem bonæ fidei possessor, rem alienam pro sua habens, non igitur scit; sed modo opinatur: At opinio, semper incerta, ejusq. vis, in dubia, ac infirmâ assensione, consistit: cum sit propositionis, nullo certo argumento confirmata, comprehensio. Sanè, ad conciliationem utriusque sententiæ, (Et in primis l. fin. Cod. de condict. indeb. l. 22. §. 2. Cod. de furt. l. 15. D. Qui Testam. fac. poss. Qui Textus, pro affirmativa, facere videntur; cum l. 32. §. 1. D. de usurp. & usucap. & l. ult. Cod. Und. vi. quæ negativæ patrocinantur,) non parùm proficit distinctio Coll. Jurid. Argent. de usurp. & usucap. thes. 14. n. 4. Quam superiùs allegavimus: Utrum, nimirum, agamus, de re nostra amittendâ; An de re alienâ acquirenda? vid. thes. 267.

271. Eleganter quærit Fachinæus, 8. *controvers.* 34. An mala fides, respectu unius, impediat præscriptionem, respectu alterius? V. C. Si Titius, litem possessori intendat, & succumbat, quia verus Dominus non est, præscriptio enim, interrupta est, respectu Titii. per l. Litigator. 2. C. de fruct. & lit. expens. l. sed etsi. 25. §. si ante. 7. D. de hered. pet. An possessor, adversus Cajum, qui verus Dominus est, præscribere valeat, si, respectu ipsius Caji, possessor sit in bona fide? pro affirmativa, allegat l. si quis fundum. 43. D. de acquir. vel amitt. pos-

B b

sess.

seß. l. Qui balneum. 9. §. ult. qui pot. in pign. hab. l. Fulci-
nus. 7. §. Quid si adversus. 7. D. ex quib. caus. in possess.
eat. Pro negativa, alleg. cap. ult. extr. de præscript. l. Aut
qui aliter. 5. §. si quis, dum putat. 5. D. quod vi, aut clam.
l. 1. §. sed & per eum. 5. de acquir. possess. Quam postero-
 rem sententiam, ipsemet amplectitur, & ad Leges, ex
 adverso allegatas, respondet: Illas ita esse intelligen-
 das, ut malæ fidei possessor, respectu unius juris, non
 impediatur in præscriptione respectu alterius Juris di-
 versi: V. C. Mala fides, respectu ususfructus, præscri-
 ptionem non impedit, quoad proprietatem. Item,
 Mala fides, respectu unius hypothecæ; non impedit
 præscriptionem alterius Hypothecæ. Verùm, cum ille
 concludat, ex Hypothesi Juris Canonici, quo superve-
 niens mala fides, usucapionem impedit; Quod, Jure
 Civili, secus se habere, ex infra dicendis, apparebit, diu-
 tius, in ejus tractatione, non hærebimus.

272. An autem Juris error, possidentem, in bo-
 na fide constituat? non immerito dubitatur; Affir-
 mativam tamen, veriore arbitratu Hœnon. *disput.*
Jur. lib. 1. disput. 9. thes. 1. arg. l. bona fidei. 48. princ. D. de
acquir. rer. Domin. l. ubi lex. 24. pr. D. de usurp. & usu-
cap. l. Igitur. 12. §. potest. 2. D. de liberal. caus. l. sed et si.
25. §. scire. D. de petit. hered. Fortius stringit *l. si fur. 32.*
§. si quis. 1. D. de usucap. ubi mala fides, & error, in jure
 commissus, sibi invicem opponuntur. Sanè, Igno-
 rantia, & Error, neque consensum habet; neque opi-
 nionem; neque persuasionem ejus, quod ignoratur,
 itaque mala fides, in ignorantia & errore ejus, hæere
 non potest. *l. si adulterium. §. incestum. l. penult. D. ad*
l. Jul. de Adult. l. si quis ignorans. 3. §. Et si sciens, 22. D. ad
 SC.

SC. Syllan. Nec obstat, quod Wesenbēc. *in parat. D. de usurp. & usucap. num. 11. ex l. Nunquam. 31. dict. tit. l. pro Emptore. 2. §. se à pupillo 15. D. pro Empt. objicit*: Hoc enim largimur, eum, qui in jure errat, non usucapere: *dd. ll.* Neque tamen inde sequitur, in jure errantem, non esse bonæ fidei possessorem: Quia, ubi Lex impedit usucapionem, (ut in casu, ubi possessor in jure errat, contingit,) ibi bona fides non patrocinator: *l. ubi Lex. 24. D. de usurp. & usucap.* Et sæpius contingit, etiam bonæ fidei possessorem, non usucapere: exemplo casuum, *suprà, thes. 248. & 249. adductorum*: latè, hac de re, *Goedd. ad l. 109. num. 5. & 6.*

273. Requiritur autem bona fides, à principio nactæ possessionis, atque inchoatæ usucapionis: *pr. Institut. de usucap. l. si aliena res. 10. pr. l. Celsus. 27. D. de usucap. l. malè agitur. 2. Cod. de prescript. 30. vel 40. annor.* Nam, superveniens mala fides, cursum usucapionis non sistit. *l. Bona fidei. 48. §. in contrarium. 1. D. de acquir. rer. Domin. l. alienam. 13. D. pro Emptor. l. Unic. vers. Hoc tantummodo. Cod. de usucap. transformand. Novell. 119. cap. 7. Ampliss. Dn. Brandmüll. in Manud. ad Jur. Canon. & Civil. verb. prescriptio. Hillig. Donell. Enucleat. lib. 5. cap. 7. lit. C. not.* Rationem illam reddit *Goedd. in l. 109. D. de verbor. signif. num. 12.* Quod usucapio continuum jus sit, & continuum requirat factum, quæ si semel bona fide incepta, postea jus usucapionis non mutat, quia nec ipsa mutatur, sed uno quasi impetu cursus à bonis initiis cœptus perficitur. *Connan. 3. Comment. 13. num. 6.* Et quemadmodum injuste possidens, solo animo vitium illud eluere non potest. *l. si de eo. 40. §. ult. de acquir. possess.* Sic etiam juste captā



possessionem sola voluntas non facit injustam, nisi nova superveniat occasio, neque enim causa possessionis sine hac mutatur. *l. Qui bona. 19. §. quod scriptum. 1. D. de acquir. vel amitt. possess.* Quod secus se habet in fructibus, ubi superveniens scientia rei alienæ horum acquisitionem impedit, quia in fructibus, quot sunt perceptiones tot sunt acquisitiones. *l. bonæ fidei. 48. §. in contrarium. 1. D. de acquir. rer. Dom.* quam legem elegantissimè explicat Goëdd. *in l. 109. de Verb. signif. n. 12.* Non obstat *l. Longi temporis. 2. Cod. de long. temp. prescript. l. Nemo ambigit. 10. Cod. de acquir. vel amitt. possess. cum similib.* Est enim distinguendum, inter supervenientiam malæ fidei; & interruptionem possessionis, quæ fit, vel factò naturali, cum quis, vel vi dejicitur; vel res alicui eripitur: *l. Naturaliter. 5. D. de usurpat. & usucap. Wesenbec. in parat. D. dict. tit. num. 11.* vel per actum civilem, cujusmodi est, per Judicem interpellatio, litiscontestatio, in Jus vocatio, Libelli oblatio, pignoris traditio, usurarum præstatio: *l. si post acceptum. 18. D. de Rei Vindic. l. mota litis. 26. Cod. dict. tit. l. cum notissimi. 7. Cod. de prescript. 30. vel 40. annor. cum similib.* (Quamvis, Jure veteri, secus fuisse videtur: *l. pro Emptore. 2. §. ult. D. pro Empt.* Quia enim judicialis contestatio, naturalem non sustulit possessionem; Ergò nec usucapionem: Quod tamen postea, ideò videtur mutatum, quia is, qui judicem interpellat, evidenter hoc agere incipit, ut, lite obtentâ, à naturali quoque possessione, Adversarium expellat. *l. praterea. 20. D. de Rei Vindicat.*) per simplicem autem rei alienæ cognitionem, aut extrajudicalem denunciationem, in mala quidem fide quis constituitur; sed possessio
non

non interruptitur: Ergò, nec usucapio sistitur. videatur Colleg. Jurid. Argent. *de usurp. & usucap. th. 3, n. 2.* Hillig. *Donell. Enucleat. lib. 5. cap. 21.*

274. Ita verò bona fides, tempore possessionis acquisitæ, sufficit ad usucapiendum, ut, si modò defunctus, bonâ fide possidere cœpisset, nihil impediatur, quò minus heres; etiamsi in mala fide sit, usucapionem absolvat. §. *diutina. 9. Institut. de usucap.* Nam, ipso Jure, procedit heredi usucapio, ex persona defuncti, non aliter, ac si ipse defunctus adhuc viveret; vel hereditas ejus adhuc jaceret. *l. justo. 44. §. Nondum adita. 3. D. de usucap. §. servus. 4. Inst. de Hered. instit.* Coll. Jurid. Argent. *de usucap. 0. 16. n. 2.* Ampliss. Dn. Biccus, Promotor noster Honoratissimus, *in Aur. sect. 3. 0. 47. lit. T.* modò tamen interim, nemo alius possessionem fuerit nactus, tunc enim usucapio interrupteretur, *l. possessio. 20. D. de usucap. & successori tamen, recuperatâ possessione, procederet usucapio. l. sed etsi. 7. §. In hac actione. 12. D. de publician. in rem action.* Ampliss. Dn. Locam. Præceptor devotè colendus, *ad d. §. diutina. 9. ad verb. continuatur. Institut. de usucap.* Quæ tamen juris doctrina limitatur, tum, in præscriptione servitutum, in quâ tempora non continuantur; *l. si ades. 32. §. ult. D. de servit. præd. urb.* tum, in continuanda possessione, inter auctorem, & successorem particularem, rei mobilis, nam, inter hos, utrinque, bonæ fidei possessio requiritur. §. *Unde in rebus. 3. Institut. de usucap.* Dn. D. Locam. *ad §. Inter venditorem. 10. ad verb. conjungi. d. tit.* Quod secùs, in re immobili, in quibus successor particularis usucapere potest rem, quam auctor ejus usucapere non potuisset. §. *Quod autem. 4. Institut. d. t. l. An vis-*

*tium. 5. in fin. pr. D. de divers. & temporal. prescript. l. sed
etsi. 7. §. prater ait. II. in fin. D. de publician. in rem action.
l. dolum. 3. Cod. de pericul. & commod. rei vendit. & trad.*

275. De Jure Canonico, contrarium observari, vulgò persuasum est, nimirum, supervenientem malam fidem, quocunque etiam tempore, usucapionem impedire. *cap. possessor. de reg. Jur. in 6. cap. ult. extr. de prescript. Fachin. 1. controvers. 63. Gail. 2. observ. 18. num. 7. Mynsing. 4. observ. 6. Frantzk. lib. 3. resolut. 1. num. 317. Videatur Ampliff. & Consultiff. Dn. Jac. Brandmüll. in manud. ad Jus Canon. & Civil. verb. prescriptio. Quod tamen, jure Canonico antiquo, secus fuisse videtur. Can. placuit. 15. caus. 16. quest. 3. ibi: pars 8. quæ, cum Jure Civili, prorsus concordat: Videtur sane ratio, ab Innocentio III. in cap. ult. extr. de prescription. proposita: *quod non ex fide est, peccatum est*; parùm huc quadrare, ideoque eam exhibilat Hillig. in Donell. Enucleat. lib. 5. cap. 17. lit. C. not. Ubi his verbis responder: *Nescit præclarus Christi Vicarius, qui nihil nescit, in cujus scrinio pectoris, Jura omnia, divina & humana, recondita: cap. 1. Extr. de constit. nesciunt, cum eo, omnes Synodi generalis, Patres mitrati & infulati, discrimen politica; & Christiana, ac salvifica, seu justificantis fidei, ratio, risu, & miseratione, ob tam fædam Ignorantiam; quàm refutatione, dignior. Quem tamen aliquo modo salvat Brandmüll. dict. loc.**

276. Excutienda nobis venit & Illa Quæstio: An superveniens mala fides, post impletam usucapionem, obliget possessorem ad restitutionem? Si de Jure Civili quæramus, negativa verissima est, *per deducta supr. thes. 273.* Nam, cum, isto Jure, nondum impletam usu-
capio-

captionem, mala fides superveniens non sistat; quanto minus absolutam rescindere poterit? Nec dubitamus, idem obtinere Jure Canonico. *cap. Vigilanti. s. Extr. de præscript. Fachin: lib. 1. controvers. 64.* Nam, qui præscripsit bonâ fide, is jam dominium acquisivit rei alienæ; consequenter, eam restituere alteri non tenetur, quia amplius res aliena non est; sed ejus, qui præscripsit. *Hœnon. in quest. & controvers. Jur. Civil. disputat. 6. 0. 11. post alios. à se allegatos, Ampliff. Dn. D. Brandmüll. in manduct. ad Jus Canonic. & Civil. verb. usucapione completâ.* Sunt tamen alii, qui distinguunt, inter titulum onerosum; & lucrativum. *Connan. lib. 3. comment. Jur. Civil. cap. 14. Oldendorp. in Tr. de usu- cap. Colleg. Jurid. Argent. de usucap. 0. 15. num. 2.* Alii, inter forum conscientia; & seculi: Alii, inter diligentem; & negligentem, in perquirenda re suâ, dominum, distinguunt, quos solide refutat *Dn. D. Brandmüller. dict. loc.*

277. Cum autem, ex hætenùs dictis, appareat, bonam fidem, inter necessaria, civilis, & ad usucapiendum habilis, possessionis requisita, numerari, quæritur: An & quomodo ea probari possit? Et sanè, quia bona fides, est in animo & opinione, nulli alii cognita, ea nec testibus; nec instrumentis, directò probari potest, ideoque probatio exigitur ab adversario. *l. Non ex eo. 30. Cod. de Evict. l. Quotiens. 18. §. Qui dolo. 1. D. de probat.* Et quoniam, qui bonam fidem allegat, præsumptionem pro se habet, post *Sixt. de Regal. lib. 1. cap. 5. num. 165. Dn. D. Brandmüller. dict. loc. verb. præscriptio semper requirit bonam fidem. Wesenbec. in parat. D. de usucap. num. 11. per l. penult. Cod. de long. temp. præscript.*

script. l. Verius. 21. D. de probat. Inde fit, ut adversarius, malam fidem probare teneatur. Gail. 2. *observ. 18. n. 7.* Mynsing. 4. *observ. 6. n. 4.* Carpzov. *in Jurisprud. forens. part. 2. constit. 3. definit. 8.* Quamvis enim, nec dolus, aut mala fides, directò probari, aut, exteriori sensu, apprehendi possit; per legitima tamen Indicia, cognoscitur *l. dolum. 6. Cod. de dol. l. dolus. 10. Cod. de rescind. vendit.* Nec obstat, quod possessor affirmet, se esse in bona fide; Adversarius verò, hoc neget, & ita, ex communi Juris regula: probatio affirmanti incumbere videatur, non neganti: *l. ei incumbit. 2. D. de probat. cum similib.* Fallit enim ista Regula, ubi præsumptio est, pro Actore, vel affirmante: Tunc enim, onus probandi, in Adversarium rejicitur, *ut rectè notat Hillig. in Danell. Eucleat. cap. 24. lib. 4. lit. C. in Text.* Est autem hoc loco ideo pro Actore præsumptio quia ei pro re plerumque aliquid abest, ut non credibile sit accepturum si scivisset alienam. *argum. l. 26. pr. vers. sin vero. D. de probat.* Neque etiam obstat *l. si quis. 9. §. Imperator. 4. D. locati. ibi: si latrones, citra tuam fraudem, abegisse, probari potest:* Vel enim respondebimus, cum Hillig. *dict. loc. lit. C. in not.* Sensum horum verborum esse: Si tu abactionem probes, nec, ab adversa parte, fraus tua ostendi posset; vel, cum Gothofred. *ad dict. l. 9. §. 4. ad verb. probari.* Præsumi, in omni custode, fraudem, qui gregis sui, omnia capita non restituit.

Et hætenùs, de bona fide, ad civilem possessionem, ex qua usucapio nascitur, necessariâ.



*Ad Præcellentem & Eximium Dominum
Respondentem,*

HAsce theses positas sic, Præstantissime Breuning,
Defende egregiè sacrati Numinis aurâ,
Atque tuere istas ut semper vera loquantur:
Pugnantes contra errores tollantur ut omnes,
Sed defendentem tales, defendere Jova
Te velit, inde tuo ut magnus sudore laborum
In studiis veniat fructus: sic gratulor ergo.

benevolo adfectu scripsit

Fridericus Deckherr, D. Pand.

Prof. Ordin. & h.t. Facult. Jurid.

Decanus.

Ad Eruditissimum Dn. Respondentem.

JVS Possessoris fundat BONA causa FIDESque.
Jô BREVNINGE fidem serva: & bona causa trium-
phat.

Georgius Obrechtus, D.

Præcellentis & Pereximio


DN. DISPUTANTI

amico meo amicissimo,

Quid mentes hominum sociat? quid prælia tollit?
Non simulata scias, sed bona dicta fides.
Quæ non est Falsi præfens qui candida dicit,
Absens ast maculis quemlibet arte notat.

Non





Non hominis qui se novit cantare superbus
Destruere & laudes arte sui similis.
Sed qui promeritum tribuit, qui candida ab omni,
Absens ut præsens, pectore & ore gerit.
Qui Tu mi BREUNING per tot mihi tempora notus
Candidus ex animo. Candidus unde probas
Quæ sit vera fides, animumque per hæcce fidelem
Exprimis, hui! priscam, Saxoniamque fidem,
Perge fidem servare bonam, foveat simulatam
Qui simulatus agit, candida puncta ferent,
Et tua quæ vivit Virtus, cum tanget ad astra,
Unde suos radios ceu nova stella dabit.

Hæc scribebam

Henricus Munter/ LL. C.

F I N I S.



00 A 6330





ULB Halle 3
 002 841 843


VO 17

Rehew







70

ANALYSEOS
*L. Res pignoris. 37. D. de acquirend.
vel amittend. possess.
qua agit*
DE
POSSESSIONE
CREDITORIS
IN PIGNORE,
DISPUTATIO SEXTA,
AUSPICE DEO OPT. MAX.
IN CELEBERRIMA ARGENTO-
RATENSIVM UNIVERSITATE, SOLENNIS
Exercitii gratia proposita

à
FRIDERICO DECKHERRO,
J.U.D. Pandect. Profess. Ordin. & h. t.
Facult. Jurid. Decano.
RESPONDENTE
CHRISTIANO Breuning/ Sax.
*Die 9 Mensis Julii hora & loco
consuetis.*

ARGENTORATI,

Literis SPOORIANIS.
ANNO MDC LXIII.

